DE CATARRHO VESICAE URINARIAE.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITTERARIA
FRIDERICA GUILELMA
PRO SUMMIS
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORIBUS
RITE CAPESSENDIS
DIE III. M. APRILIS A. MDCCCXXXII.
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENDET

AUCTOR
MAURITIUS MUENCHHEIMER
SILESIUS.

OPPONENTIBUS:
M. LANDSBERG, MED. ET CHIR. DR.
T. PILTZ, MED. ET CHIR. DR.
LEOP. SACHS, MED. ET CHIR. STUD.

BEROLINI,
TYPIS NIETACKIANIS.

FRATRI

OPTIMO, DILECTISSIMO,

SIGM. MUENCHHEIMER.

NEC NON

VIRO

OPTIMO, DILECTISSIMO

J. KREMSER,

AD CINERES USQUE COLENDO

PRO

INNUMERIS IN SE COLLATIS BENEFICIIS

HASCE

STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

Scriptores praecipui.

Mich. Troja, Ueber die Krankheiten der Nieren, der Harnblase u. d. übrigen zur Ab- und Aussonderung des Harns bestimmten Theile. Ein Auszug a. d. Italien. Leipzig. 1788. 8.

Denckert Dissert. de Catarrho. vesicae, Duisburg 1789.

Schönburg Dissert. de Catarrho vesicae. Duisb. 1794.

C. Reil Ueber die Erkenntnifs und Kur der Fieber. Halle 1800. Bd. III. S. 242 — 251.

Th. v. Sömmering, Ueber die tödtlichen Krankheiten der Harnblase u. Harnröhre alter Männer. Erste Ausgabe. Wien 1810. Zweite Ausg. Frankf. a. M. 1822. (praemio ab academ Joseph. ornatum opus.)

T. Nauche, Des maladies de la vessie et du méat urinaire chez les personnes avancée en age. Paris 1819.

Robert Bingham, Praktische Bemerkungen über die Krankheiten u. Verletzungen d. Blase. (praemio ornatum opus) Aus d. Engl. übers. v. G. E. Dohlhoff. Magdeburg 1823.

h. Nep. Rust Theoret.-pract. Handb. d. Chirurgie. Bd. IV. S. 235 — 245.

INTRODUCTIO.

Inter membranas corporis humani, quae mucosae appellantur nemo est, qui dubitet, quin qua Vesica urinaria instructa est, ea non infimum teneat locum. Haec internam illius organi, uti in ceteris membrana mucosa instructis corporis humani partibus superficiem obtegens et multis vasculis praedita in sano corporis statu glandularum permagna, qua gaudet copia, mitem, tenacem, odoris et saporis expertem secernit mucum, quo interna vesicae urinariae superficies lubrica atque ab omnibus, quaecunque in vesicam illam irruere possint, nociferis tuta redditur. Hic vero, quem modo nominavimus, mucus, non sicut sunt, qui credant, in sanguine ipso, circulum suum faciente jam adest, sed inde in illis, quibus mucosa instructa est membrana, glandulis quum tenerrimis praeditae sint vasculis varioque modo constructae, paratur. Secundum varia, in quibus ille secernitur, organa, varia quoque ei tribuuntur nomina ita ut narium, tracheae, vesicae urinariae aliarumque partium distinguatur mucus. Nocivis in mucosam cujusvis organi membranam, in vasa vel glandulas irruentibus rebus, vitalis alienatur actio; haec enim aut morbose augetur aut diminuitur, aut variatur, quae quidem omnia ex turbata tantum organorum membrana mucosa instructorum functione cognoscamus licet. Aucta tunicae mucosae actio duplice efficitur via, erethismo nempe aut torpore, imo et paralysi. Quodsi erethismus auctae illius membranae mucosae actionis causam praebet, omnia illa status inflammatorii in lucem prodeunt symptomata; his vero opposita se ostendunt, si torpor et paralysis auctae hujus actionis causa accusandi sunt. Et auctis muci secretionibus, quaecunque est causa, inde ab omni tempore catarrho tribuitur nomen et secundum varia, quae ab hoc malo infestantur, organa, vario quoque morbus insignitur nomine, catarrho scilicet narium, faucium, pulmonum, vesicae urinariae. Et hic vesicae urinariae catarrhus dignus mihi visus est, qui dissertationis scribendae ansam mihi causamque praeberet. Hujus dissertationis, ut melius lectori singulae innotescant partes hunc in morbo illo inquirendo mihi elegi ordinem, quo 1) morbi definitionem variaque nomina; 2) divisiones; 3) symptomatologiam; 4) diagnosin a similibus morbis; 5) aetiologiam; 6) prognosin; 7) Mortuorum extispicia et 8) curandi methodum pertractaturus sum.

Catarrhus vesicae urinariae.

Definitio et varia nomina.

§. 1.

Vesicae urinariae Catarrhum (καταῤῥοος, a κατὰ et ῥεω), adesse dicimus, si vitalitate in ultimis arteriarum exhalantium finibus et in glandulis, quae membranae illius organi mucosae insunt, perversa, muci nimis aucti secretio efficitur aegro aeque ac medico notabilis. Quum in permultis et aliis morbis tum in hoc, de quo nobis verba facienda sunt, nominum, quae a variis scriptoribus, unum eundemque morbum variis nominibus designantibus, indita sunt, multitudo varietasque, rem nostram turbarunt et tenebritate quadam texere. Multi prioris saeculi medici morbum hunc secundum formam, quam excreta prae se fert materia, nominaverunt, inter quos *Sauvages Pyuriae mucosae viscidae* s. *Scabiei vesicae*, *Plater mictioni materiae mucosae* ei tribuunt nomen. Alii a variis symptomatibus hoc in morbo occurrentibus nomen ejus derivaverunt, apud *Fridericum Hoffmann* e. g. *Ischuria cystophlegmatica* audit.

Cullen catarrhum vesicae urinariae vehementibus doloribus comitatum vidit, qua ex causa *Dysuriam*

mucosam; Barthez propter difficultatem, qua m excretio conjuncta erat, *Tenesmum vesicae* eum a pellavit. Apud *Lassus et Nauche* morbus nos cum interdum ex inflammatine chronica origin suum trahat, *Inflammatio* audit *catarrhalis chron membranae internae vesicae.* Et cum copiosum m teriae mucosae excretionem symptoma habeat ch racteristicum vesicae quoque urinariae *Blenorrho* nomine apud scriptores occurrit. *Linnée* catarrhu hunc *Glus* nominat; *Cystorrhoeae* vero nomine ap *Odier* nobis obviam fit. — Omnibus his a me m commemoratis nominibus Catarrhus nomen prae rendum esse arbitror, quippe quod symptoma p thognomonicum, effluxum nempe, prae se ferat. decursu tamen dissertationis meae blenorrhoeae qu que nomine eodem jure uti non dubitavi.

Divisiones.

§. 2.

Ex variis, quae vesicae catarrhum praecedun phaenomenis et ex diversis, quae morbum hunc pr vocant, causis divisio oritur in 1) *Catarrhum acutu* s. inflammatorium s. sthenicum, quo in casu, uti quolibet ceterarum corporis humani membranaru mucosarum catarrho partis affectae antecedebat st tus congestionis vel inflammationis, quod quide initium illius exitus, Catarrhi, habendum est, inflan matorii; 2) in *Catarrhum chronicum* s. asthenicu ubi blennorrhoea in statu universali pituitoso, ex to tius corporis dyscrasia repetendo, causam suam agno scens prodromisque istis inflammatoriis carens lent

antum sensim sensimque incedit. Hic, quem chroicum diximus, Catarrhus frequentissime nobis obrenit et quo ad tempus, quod percurrit, valde variat. Iunc *primarium*, illum vero *secundarium* nominare icet; 3) Catarrhus quoque hic nominandus venit, *netastaticus*, cujus causa in alius organi catarrho meastatica in vesicam urinariam via illato, quaerenda st.

Catarrhum porro vesicae urinariae dividere licet 1: 1) *simplicem* i. e. qui, membranae vesicae mucoae inflammationi originem suum debet, et 2) *comositum*, qui cum atonia abdominali, praesertim cum tatu pituitoso, arthritico, et haemorrhoïdali atque um lithiasi conjunctus nobis sese offert. Quos modo ominavi morbos eundem, quem catarrhus, fontem niversalem nempe pituitosam corporis constitutioem, agnoscunt, unde oriundi occasionem ansamque impsere.

De *typo* morbus, de quo sermo est, dividi potest 1 *continuum* et *intermittentem*. Intermittens enim esicae catarrhus fit, si cum haemorrhoïdibus prae pue vel cum intestini recti blenorrhoea vel cum thiasi complicatus medico obviam venit morbus. ltima denique et in aliis morbis usitatissima non bliviscenda est divisio, ab intensitate morbi derianda in catarrhum nempe *mitem* et *vehementem*.

Symptomatologia.

§. 3.

Qui a nobis in §. 2. de divisone memoratus est atarrhus inflammatorius eum congestionis aut in-

flammationis in organorum urinam secernentium prae-
gressae effectu evolvi et prodromis ex inflammatione
illarum partium ortis sese manifestare videmus; sunt
autem hi fere: febris magis minusve valida, dolores
in regione vesicali, inguinali et perinaei trahentes,
sensilitas et temperies regionis pubis aucta, dysuria,
stranguria, et ischuria, testes in annulum retracti
abdominalem, membri virilis retractio spasmodica,
tractus intestinalis spasmi, vomitus, tenesmus, ob-
structio denique alvi, quae omnia Cystitudi conve-
niunt symptomata. Phaenomenis his artis vel natu-
rae ope remotis, blenorrhoea insequitur, cui, uti jam
dictum, *Catarrho acuto* s. inflammatorio attribuen-
dum est nomen. Symptoma pathognomonicum ca-
tarrhi in universum varia ratione et primum quidem
secundum morbi vehementiam valde differt. In mi-
nori enim hujus morbi gradu urina mucosa, turbida,
pallida, massam deponit flocculentam, nullis fere ali-
manifesto symptomatibus nisi exiguis, quos aegrotus
in mittenda urina sentit, doloribus. Sin altiorem
morbus hic nactus est gradum mucus una cum urina
profluit, purus, qui ob tenacem, qua gaudet, consi-
stentiam, ut excernatur, gravissimos requirit nisus. —

Urinae missionem dolores comitantur urentes
in vesicae regione; de pressu etiam et tensione ve-
hementi eodem in loco se manifestante conqueritur
aeger; spasmi quoque vesicae urinariae frequentis-
sime hic obveniunt, quae urinae missione remittunt
aut plane disparent, dum reiterata in vesica urinaria
muci accumulatio denuo provocentur. Interdum etiam
ipsa dysuria et ischuria, rarius vero enuresis adest.

n *chronico* vero, quem supra adduximus, *Catarrho* lennorrhoea prodromis his non gaudet, sed ab inio morbi statim adest. —

§. 4.

Mucus ille, de quo jam locuti sumus, purus quo d copiam valde variat. *Barthez**) e. g. in spatio horum triginta sex muci libras quindecim excerni vit et *Reil* **) exemplum nobis retulit permagnae muci excreti copiae, quod narratu dignum habeo. efert enim, rusticam quandam puellam constitutiois robustae, ardore tam vehementi in vesicae reione correptam fuisse, ut metallum quoddam ardens 1 abdomine situm sibi esse crederet; cathetere vero 1 usum vocato, flavescentis, valde foetidae, pulpae farina paratae similem et mensurae unius et dimiiae in lucem prodiisse materiam, qua excreta doloum illam se expertem sensisse. Urinam postea plues sine molestiis et sine ullo muco missam esse, ostero vero die dolores illi reverterunt, methodo umen supra memorata, adhibita iterum una mateiei illius mensura effluxit. Per octo dies phaenoiena haec cum perseverassent, morbus ab omnibus omplicationibus plane liber prorsus evanuit.

Quatuor in *forma* atque *consistentia* muci in veca urinaria secreti distingui possunt species ***). Inrdum enim mucus ille, omnis expers coloris cononsistentia gaudet gelatinosa et vasis, in quod im-

*) Sur les maladies goutteuses §. 84.

**) Memorabilia clinica Fasc. II. p. 167.

***) Bingham l. c. p. 36.

mittitur, superficiei internae ubique adhaerens invenitur. *Günther* *), ut exemplum afferram, casum quendam nobiscum communicat, quo mucus adeo tenax fuerit, ut, effusus in filamenta pede uno longiora, quin dilacerata sint, sese extenserit. In aliis vero, qui mihi medicorum scripta legenti occurrerunt hujus morbi exemplis mucum illum vesicalem puri adeo similem fuisse inveni, ut alterum ab altero distinguere difficile esset. Tertia hic memoranda pituitae hujus species albuminosam adeoque tenacem sistit massam, ut baculi finis in eam immissus omnem, quae excreta est, pituitam, laquei instar, in altum secum trahat **). *Boyer* quoque lotium quod aegrotus miserit omne, refrigeratum in massam albuminosam mutatum fuisse narrat ***). Quarta denique quae restat, species, ab ultima a me hic recensita eo tantum differt, quod particularum terrearum copiam contineat quae interdum adeo tenerae albaeque sunt, ut pulveri eas crinali (Haarpuder) comparari liceat.— *Bingham* †) vero particulas illas terreas tantae vidit magnitudinis, ut sinapeos granum aequarent et una vel duo earum, calcis veteris faciem prae se ferentes grani essent pondere.

§. 5.

Quodsi colorem muci hoc in morbo excreti respicias, tum album et pellucidum tum flavum, viri-

---

*) Vide Sömmering l. c. p. 34.

**) Bingham l. c. p. 37.

***) Rust l. c. p. 236.

†) Vide l. c. p. 37.

em; rubescentem, sanguine mixtum invenies. *Fri-ericus Hoffmann* *) virum narrat, per longum tem-oris spatium haemorrhoïdibus vexatum repente uren-bus in urina mittenda affectum fuisse doloribus ucumque deinde excretum album, structuramque rae se tulisse fibrosam. Differt tandem mucus in esicae urinariae catarrho emissus odore, quem spar-t, suo. Saepius vero, quod *Dr. Brückmann* **) sem-er se observasse, dicit, praesertim si morbus non omplicatus est, omni odore carens invenitur, inter-um vero odoris fuit adeo foetidi, ut homines aegrum rcumstantes perferre non possent, quod in cachec-cis et scorbuticis, aut ubi organorum uropoëticorum ppuratio cum vesicae urinariae catarrho se conjun-eret, saepius observare licet.

Odor muci ammoniacalis *Cabani* teste ***) si-num pathognomicum esse dicitur et in catarrho sim-lici Alkali acido praevalere *Chopart* †) experimen-s docuit a se institutis.

Diagnosis a similibus morbis.

§. 6.

Quanquam ex his, quae a nobis in medium pro-ta sunt symptomatibus medicum de natura hujus

---

*) Medicin. ration. systemat. T. IV. p. 283.

**) Autonosographischer Versuch über d. Krankh. d. arnwerkzeuge in Horns Archiv. Berolini 1811. Septem-r. p. 185.

***) Observations sur les affections catarrhales en ge-ral. Parisiis 1807.

†) Traite des maladies des vois urinaires.

morbi certiorem fieri posse confido, minoris tam momenti esse non puto, cum alii quoque sint mo cum catarrho similitudinem quandam prae se fere tes, criteria quaedam hic adducere, quorum ope tarrhus ab alio quolibet morbo accuratius digno et distingui possit. Plures autem existunt per v urinam excernentes fluxus mucosi facile cum nos confundendi morbo, meum igitur esse duco, ut mo illis cum catarrho comparatis, quae iis insunt gnosticis et pathognomonicis differentiam lectori riorem reddam distinctioremque. Quilibet enim rum, qui cum catarrho confundi possunt, morbor proprius gaudet charactericis symptomatibus, quor ope a catarrho eos dignoscere licet. Inter illos, q hic recenseri possunt morbos nominandi videntur:

1) *Hydropes.* In his quoque morbis urina, q effluit, mucosa, turbida et flocculenta apparet, pr sertim si crisis per urinam fit; haec tamen in hom nibus, hydrope ex causa universali originem ducen laborantibus, si morbus hic urina solvitur critic cum reagentiis tractata naturam induit materiae sa guineae et albuminosae.

2) *Diabetes mellitus.* Hoc in morbo dulcis ur nae sapor, residuum ejus, si evaporatur, mellagineu nec non totius corporis macies, itidem fames siti que sufficientia sistunt symptomata diagnostica. Ha vero in diabete insipido minus manifestiora existu hujusque morbi diagnosis morbosis tantum, quae a tecedebant, phaenomenis et absentibus praecipue m lestiis localibus, accurate ponderatis statui firmariqu potest.

3) *Lithiasis.* Momenta, quae hic offert morbus, diagnostica quibusque a Catarrho dignosci possit, haec fere sunt:

a) Catheter in vesicam urinariam immissus et investigatio per anum corpus in vesica urinaria adesse alienum arguunt.

b) Symptomata omnia, calculum quae adesse indicant, in catarrho plane desunt.

c) In Lithiasi dolores vesica vacua reddita, augentur, in catarrho eadem, quam dixi, conditione illi statim mitigantur.

d) Lithiasis morbus tantum est sporadicus, catarrhus vero interdum epidemicus est observatus.

4) *Dysspermatismi* quoque existit species, in qua, intumescentia et excrescentia in capitis gallinaginis regione sita, erectionibus porro nimiis, stricturis aliisque urethrae impedimentis sperma ejaculatum et liquor prostratae (quod vero rarius accidit) non extrorsum, sed in vesicam urinariam missum una cum urina excernitur. Propria tamen, qua gaudet semen virile, natura et particulae, quas mucus continet vesicalis, terreae, ejusdemque odor ammoniacalis in prostatae liquore nunquam observandus, mucum cum his, quos modo nominavimus, liquoribus non facile confundi permittunt. Liquor praeterea prostaticus insuavi peculiari, nulloque alio secreto inhabitante, praeditus est, odore, quem in morbis minus insignem et in statu sano hippocastani fructui odori similem semper observasse vult *Bingham* *).

*) V. l. c. p. 39.

5) *Suppuratio vesicae, uretherum, renum aliorumque organiorum abdominalium.* Huic malo inflammatio semper cum peculiaribus sibi symptomatibus praecedit febrisque durante suppuratione, adest suppuratoria dicta. Partis ab inflammatione affectae laesa est functio suppuratio porro semper morbus est chronicus et continens; catarrhus vero saepius acutus, periodicus et intermittens invenitur. Summum vero quod inter vesicae suppurationem ejusdem organi catarrhum existit discrimen, in illis ipsis, quibus excreta haec, pus nempe et mucus discrepant virtutibus quaerendum esse, facile nemo negabit. Hoc igitur cum tanti in horum morborum diagnosi momenti sit discrimen, pauca ut de eo hic proferam mihi ansam praebet. Pus, microscopii ope contemplatum ex parvis sphaericis et in humore natantibus in muco vero non apparentibus consistit globulis; pus porro cum aqua mixtum emulsionem, format mucus e contra sub striarum, filarum floccorumque forma in aqua natat. Pus lente cauteque in aquam delatum fundum petit, gravius igitur est muco, media in aqua natante. Ut denique pus chemiae ope a muco distinguatur Grasmeyer *) sequens instituit experimentum: Diluatur nempe puris pars una cum XII aquae destillatae partibus, quibus solutionis Kali carbonici unam addas partem. Haec omnia, si debite conquassantur in gelatinam abeunt albuminis instar in filamenta longa et crassa trahi potest. Quo

*) v. d. Eiter u. d. Mitteln, ihn v. all. ähnl. Flüssigkeiten zu unterscheiden. Götting. 1790.

celerius oritur gelatina illa et quo majori gaudet cohaerentia, eo melius est pus. Pus porro albam, ponderosam, incohaerentem amylo similem et vasis, in quod immittitur, fundum petentem, sistit massam, quae cum urina agitata eandem denuo lacteam reddit et plerumque graveolentem spargit odorem: mucus vero, quae ex vesica excernitur urinaria pure est pellucidior, flocculentior et alia, qua pus ratione cum urina se conjungit *). Pus enim arctiorem quam mucus cum urina init mixtionem si cum hac quassatur, et illo difficilius ab urina sejungitur. Copia quoque muci, quae in vesicae urinariae catarrho excernitur, magni hic est momenti, puris enim in renum vel vesicae ulceribus et aliorum corporis humani partium abscessibus orti non tanta, quae in catarrho profluit, muci copia.

Odore denique pus a muco discernere licet, cum mucus purus nullo, pus vero plerumque odore gaudeat ingrato.

6) *Chyluria.* Urina, quae hic mittitur, alba lactique similis nullis in renibus et vesica urinaria cum affectionibus et in infantibus plerumque ex helminthiasi et primarum viarum sordibus originem ducere videtur. Sedimentum, quod lactea haec format urina, si agitatur iterum cum hac miscetur; urina contra, in vesicae catarrho missa tum demum fit turbida si per tempus aliquod non movetur, ejusque sedimentum tenax est et flocculosum aut massam format pellucidam.

---

*) Vide Reil l. c. p. 566.

7) *Haemorrhoides vesicae*, quae mucosae appellantur, phaenomenorum, quibus gaudent, periodicitate praecipue vero praegressis haemorrhoidum a solito decursu non deflectentium symptomatibus, totiusque dispositionis haemorrhoidalis signis a Catarrho facili diagnosci possunt negotio.

8) *Urethritis s. gonorrhoea virilis.* Hanc urethrae inflammationem vehementissimi plerumque comitantur dolores. Ex contagio saepissime hic oritur morbus specifico; pituita in urethritide tenuis, solubilis, graveolens et puriformis guttatim tantum et quidem non cum urina mixta profluit; phaenomena veris his opposita in catarrho observari licet.

9) *Fluor albus* denique, excretionem genitalium foeminearum sistens mucosam continens est et pituita ipsa muco in gonorrhoea virili excreto similis, tenuis, olens et puriformis invenitur. Observationes tamen exstant, quae demonstrant, vesicae urinariae sphincteris laxitate et paralysi in catarrho quoque profluvium perpetuum adduci posse.

§. 7.

His, quae a me adducta sunt, hujus morbi criteriis diagnosin in universum et diversitatem inter vesicae catarrhum et morbos illius similes et facile cum eo confundendos satis statui firmarique crederat absolutis, ad momenta morbi nostri aetiologica, non minori certe in pertractando quocunque morbo disquisitione digna nunc animum advertendum esse puto.

Aetiologia.

§. 8.

In considerandis ponderandisque gravissimis atque amplissimis morbi, de quo nobis sermo est causis, ne unam alteramve quod catarrhi vesicae urinariae diagnosin et curam attinet, memoratu dignam omittamus illas in certas reducendas esse classes non vanum fore laborem putavi. Qua ex causa et ut dissertationem meam legentibus magnam, quae existit causarum hic recensendarum copiam ad intelligendum faciliorem magisque perspicuam reddam, omnem illarum cohortem, usitatissimum illud divisionis momentum secutus, in praedisponentes et occasionales dividendam esse arbitror causas. Singulas igitur causas huc pertinentes enumeraturus primum de illis, quae praedisponentes vocantur, verba facere in animo est,

I. Causae praedisponentes.

§. 9.

Has inter causas primum attentione nostra dignum est generis humani varietas. In viris nempe propter difficiliorem ex structura partium huic officio dicatarum, urinae excretionem frequentius quam in foeminis, rarius malo hoc laborantibus, morbus occurrit. Viri quoque, eadem illa organorum urinam secernentium excernentiumque structura causam praebente, multo saepius quam foeminae urethrae stricturis obnoxii frequentius idcirco in morbum incidunt. — Aetas quoque provecta senectusque nulla generis ratione habita saepius quam praecedentes vitae aetates

ex omnium praecipue vero organorum in abdomine sitorum debilitas et atonia praedisponentem ad vesicae catarrhum praebet causam. Homines quoque Spirituosorum abusui dediti et hac ex causa facie rubra et gutta rosacea praediti plerumque hoc corripiuntur morbo, cum digestionis assimilationisque organa illo abusu nimis sunt debilitata et secretiones eadem ex causa rite non procedant. — Membranae denique mucosae, qua vesica instructa est urinaria ejusque vasorum exhalantium glandularumque debilitatem et irritabilitatem aut congenitam aut acquisitam huic etiam causarum classi adnumerari licet *).

II. Causae occasionales.

§. 10.

Causae occasionales, quarum permagnus existit numerus, duplici via ad generandum hunc contribuere possunt morbum. Alii enim directe, ut ita dicam, agunt, dum, organorum abdominalium praesertim atoniam efficientes morbis in vesicam quoque urinariam, ab atonia illa correptam illatis viam planam aequamque reddunt. Alia vero causarum series indirecte effectibus gaudet morbiferis ab initio nempe in locum catarrho laboraturum, id est in vesicae urinariae membranam mucosam futuri morbi semina spargens, ejusdemque membranae functiones laedens catarrho facile superandam dat portam. Inter morbos, qui oriundo vesicae urinariae catarrho causam

*) Vide Reil l. c. p. 567.

adducere possunt occcsionalem hi potissimum attentione nostra digni, perlustrandi sunt.

1) Status arthriticus. *Cullen* duos potissimum locos, vesicae scilicet collum et intestinum rectum ab arthritide, metaschematismum faciente, facillime corripi et in illa vesicae urinariae parte dolores, stranguriam et auctam muci secretionem eadem ex causa oriri affirmat *). Saepe se in hominibus arthritide laborantibus vesicae urinariae catarrhum cum symptomatibus articulorum inflammatoriis alternantem vidisse idem ille nobis refert auctor. *Elsner* sedimentum urinae subluteum ex arthritide ortum ducere credit. *Dr. Brückmann* **) exemplum arthritidis metaschematismum confirmans nobiscum communicat: Medicus quidam juvenis, vivax et impatiens primo podagrae impetu laborans pediluvio ad dolores intolerandos removendos frigido in usum vocato repentine facto in renes et vesicam podagrae metaschematismo vesicae doloribus correptus vehementissimis vitae suae fecit periculum; remediis vero antiarthriticis in auxilium vocatis, cum denuo revocata esset arthritis vesicae illi evanuere dolores. *Sauvages* ***) pyuriae arthiticae nomine duorum mentionem facit casuum, in quibus aegroti per longum tempus turbidam, albam, mucosam, viscosam, sedimentum praecipitantem miserunt urinam. Morbo vero hoc suppresso, homines illi ab arthritide sunt correpti.

---

*) Vide Reil I. c. p. 568.

**) Vide l. supra dict. p. 175.

***) Nosologia method. Amstelodami 1763. T. III. P. II. 208.

2) Lithiasis. Hoc de morbo copiosam in vesica urinaria pituitam producente idem fere valet, quod de arthritide a nobis dictum est, cum affines sint, easdem etiam corporis constitutiones invadere et alius in alium transire soleant. Nostra tamen aetate lithiasis minus hic accusanda est quam *de Haen* et *Morgagni* temporibus, quod ex eorum scriptis elucet et quidem propter lithotomiae operationem nunc frequentius institutam, qua calculi prius amoventur quam effectum illum exercere possunt *). Recte Haase **) monere videtur vesicae urinariae calculi cystitidem chronicam occultamque caussari posse, quae ut illius organi catarrhus oriatur, efficere valet.

3) Status pituitosus, qui a digestionis organis profectus, sensim sensimque omnia abdominis organa arripit et cum aliarum partium blennorrhoeam tum vesicae urinariae catarrhum causare possunt.

4) Intestinorum vermes et sordes; menses porro suppressi et partus frequentes, organa abdominalia debilitantes momentis catarrhum causantibus adnumerare fas est. —

5) Haemorrhoïdum fluxus. Intestinum rectum, vesica urinaria et partes genitales vasis gaudent ex arteriis haemorrhoidalibus ortis, qua ex causa inter se conjuncti sunt. Sanguinis igitur arteriosi transitu in venas impedito, aut, ut *Reil* *) monet, febre in arteriis locali vesica quoque facile sympathice affici potest. Irritamentum, quod in intestino recto haemor-

---

*) V. Bingham l. c. p. 40.

**) Conf. Ueber die Erkenntnifs u. Kur d. chron. Krankheiten d. menschl. Organism. III. Bd. p. 76. Leipz. 1820.

hoides movent locale, tubercula earum coeca, sacci-
ae, tenesmus denique et frequentes intestini recti
aflammationes (Porcitis) effectum quoque in vesicam
xercere possunt urinariam catarrhi haemorrhoïdalis.

Haemorrhoïdum quoque incongrua curandi metho-
as earumque suppressio, vitia porro diaetetica aetas-
ue provecta hujusque demum morbi cum lithiasi
omplicatio vesicae urinariae catarrhi causam sistere
ossunt. Saepe etiam haemorrhoïdes et catarrhus ex
odem manant fonte; interdum enim post mictum
ruentum ex causa haemorrhoïdali ortum magnam
er vias urinarias muci tenacis excerni videmus co-
iam. Ex omnibus his, quae modo recensuimus sa-
is elucet, haemorrhoïdes causis morbi nostri remotis
dnumerandas nec vero vesicae urinariae catarrhum
t haemorrhoïdes unum eundemque esse morbum.
ic enim morbus in haemorrhoïdibus causam suam
gnoscens non differt a quolibet catarrho ex alia
ausa orto. Immerito igitur *Fridericus Hoffmann* et
'heden morbo nostro haemorrhoïdibus mucosis albis-
ue tribuerunt nomen cum secundum *Reil* *) et
oemmering **) haemorrhoïdes mucosae ejusdem tan-
um exhibent morbi varietatem.

6) Vitia urethrae organica praesertim in postre-
na ejus parte et in vesicae collo locum tenentia,
ricturae et excrescentiae ejusdem, prostatae porro
ntumescentiae, quas *van der Haen* ***) inter prima-
ias habuit catarrhi causas. In hominibus enim, pro-

*) V. l. c. pag. 570.

**) V. l. c. p. 32.

***) Sammlung. Bd. II. St. 2. p. 47.

statae intumescentia laborantibus propter dolores asque, quas in mingendo sentiunt molestias, r plane vacua redditur, vesica, et remanentis urin quae nascitur, acrimonia vesicae producit catarrhu Idem hoc exulcerationibus quoque prostatae supe ciem internam occupantibus, quae facile carcino tosam induunt naturam, adtribuendum fuerit. Tu carum denique, quae vesicam constituunt urinar morbos, intumescentiae, excrescentiae, ulcera j meritoque hic accusandas esse multi docent scri res medici.

7) Medullae certe spinalis laesiones morbiq inde orti, nervorum in vesicam urinariam action turbantes digestionemque debilitantes non neglig dae mihi videntur morbi hujus causae.

8) Digestionem depravatam in abnormi muci v sicalis secretione producenda multi esse momen nemo est qui negaverit. Totius enim corporis, qu digestione laesa efficitur labes virium omnium vit lium prostratio functionumque languor urinae secr tione depravata vesicae catarrhum efficere valet.

9) Multa huc pertinent incitamenta, inter qu abusus medicaminum diureticorum, cantharidum pra sertim, abusus porro cerevisiae praecipue Goslarien sis, vinique recentis et aciduli nominare licet. Ne praetereunda sunt quae vias urinarias nimia et fre quentiore irritatione debilitare valent, quo quiden equitatio nimia, excessus in Venere et Onania, go norrhoea, injectiones irritantes et corpora aliena im missa referenda sunt.

10) Aëris denique constitutio, frigus cum calore lternans, ad vesicae urinariae catarrhum generan- um permultum valet. Günther *) morbum nostrum uctumno anni 1782 per aliquod temporis spatium pidemice fere grassatum observavit. Idem auctor esicae catarrhum ex refrigerio postero die ortum idit **). Sub voce quoque „*Catarrhi vesicae*“ in bro cui titulus est „*Parr's medical Dictionary*“ ae- rorum, catarrho refrigeratione orto, laborantium hi- toriae nobiscum communicantur complures, quod uidem rarius fieri affirmat, Bingham ***).

Prognosis.

§. 11.

Quae in vesicae urinariae catarrho statuenda est rognosis quum a morbi indole, a causis, a simplici- ıte vel complicatione cum aliis malis dependeat, aria certe esse debet. Recens enim et dynamicus, l est, non in vitiis organicis causam suam agno- cens morbus nullum per se ipsum praebet pericu- ım, cum contra ille, qui per longum jam duravit mpus et habitualis fere redditus est, nec non is, uem alia mala comitantur, catarrhus pertinacissime mni curandi resistit conatui. — Cum haemorrhoï- ibus primarumque viarum sordibus, cum digestione orro laesa et vermibus complicatus morbus, quae uidem omnia aptae curandi methodo cedant mala,

---

*) In Denckert Dissert. de Catarrho ves. Duisburg 1789.

**) Confer. libr. eund.

***) Vide l. c. p. 46.

meliorem offert prognosin. — In Catarrho a vit. organicis, ab arthritide et lithiasi dependente, prognosis valde dubia constituatur oportet. Vesic nempe urinariae desorganisationes vel anomala urinae secretio quae in senibus praesertim occurrit, urina procreat acidi urici copiam, quae quidem, qu difficilius est remotu, eo graviorem reddit catarrhum. Huc igitur pertinet *Hippocratis* Aphorismus *): „*Renum et vesicae dolores difficulter sanantur in senibus.*" Inter desorganisationes hic nominandas frequentissime occurrit prostatae induratio, quae mala praebet prognosin; pessimam vero prostatae suppuratio, cum pus propter cavernosam hujus organ structuram vix removeri possit. Magni denique momenti copia, qua pituita excernitur, existimanda es Nimia enim hac excretione totius corporis debilitatem inducente, hecticum oriri posse statum, exemplum nobis refert Detharding **).

Extiscipia.

§. 12.

Institutis cadaverum sectionibus plerumque vitiata vesicae sese obtulit structura medicis. Vesicam enim inflammatam, tum densam, duram, corrosam maceratam fere et cum vicinis conglutinatam partibus; tum dilatatam, laxam, intus fungi instar dissolutam vasis varicosis, ulceribus, fistulis vel abscessi-

*) Hippocratis Aphor. ab J. Heurnio illustrati Lib. VI. Aph. 6.

**) Conf. Reil l. c. p. 571.

bus instructam et muco puriformi impletam invenerunt medici. Interdum etiam prostatae intumescentias, indurationes et exulcerationes perscrutanti sese obtulerunt medico.

Therapia.

§. 13.

Omnibus, quae ad illustrandum morbum nostrum pertinent, momentis, quantum in me erat, tractatis ad curandi methodum nunc transeundum esse duco. Quae vero curandi methodus et remedia huic fini apta certum sequantur ordinem variisque, quibus morbus incedit, conditionibus accomodentur oportere, persuasum habeo.

Catarrhus vesicae raro tantum est morbus protopathicus, saepius vero, imo semper fere deuteropathicus et ex aliis morbis, haemorrhoïdibus, statu pituitoso, verminoso et arthritico ortus, qua ex causa singularem quoque sibi pro ea, quam agnoscit, causa medendi requirit methodum. Medicum igitur cum in causis tum in complicationibus tollendis operam dare necesse est, si in curando catarrho felicem succedere eventum vult. —

§. 14.

Permissum igitur mihi sit, ut illorum morborum medelam paucis exponam verbis. Haemorrhoïdes omnium, quaecunque in plethoram abdominalem utilia sese praebuerunt medicaminum ope aut removere aut supressas iterum provocare tendimus. Ad remedia, quibus hic secundum varias, quae adsunt, indicationes, utendum est, pertinent: Topica sanguinis emissio, la-

xantia lenia, sulphur, cremor tartari, balnea tep ceteraque. — Arthritidis vero anomaliae vel her suppressus, si catarrhi nostri causae accusandae su remediis antiarthriticis, quorum longa atque cogn est series, et interne et externe adhibitis sanari, restitui debent. Inter remedia, quae hic auxili ferunt, et indicationi cuilibet satisfaciunt exte praecipue attentione nostra digna sunt Vesican ungt. e tartaro emetico paratum, fonticuli et seta in loci affecti regione posita, nec non balnea sulphure parata et vaporosa, quae russica vocar aliaque medicamina, quibus in eligendis pruder hic se ostendit medici judicium. *Dr. Brückm* in casu supra a nobis memorato, emplastro cant ridum ad revocandam arthritidem suppressam in xilium vocato, egregios vidit effectus. *Barthez* *) ve catarrhum ex arthritide retrograda ortum et inge pituitae excretione praeditum, hirudinibus No. XV ad perinaeum applicatis et magnis opii dosibus c diaeta congrua conjunctis se curasse narrat. — lithiasi, praesertim si calculus investiganti sese c fert medico operationem illum auferentem institu mus necesse est. Calculo remoto, dispositione calculo generando faventem exstinguere, vel, si r movere non valemus, mechannicum quod affert inc tamentum remediis mucilaginosis, balneis quoq etc. et moderare quaerimus. Accumulata vero in v sica urinaria magna glareae vel acidi urici cop aquae calcaricae ob effectum, quod exercet, chem

*) cf. l. supra dict.

um et quidem ter quaterve quotidiae ℥ij — ℥iij osi cum sero lactis dulci lactive puro aut cum Deocto corticis Chinae regiae vel foliorum Urae Ursi, um Myrrhae extracto conjunctae sibi requiret usum*).

Aquae quoque minerales Carolinae, Egeranae tc. magnum omnibusque notum hoc in morbo feunt auxilium. — Urethrae si simul, vel hoc, vel, ui eum producunt, in morbo adsunt vitia organica, tricturae, intumescentiae, excrescentiae, ulcera seundum nonnullorum medicorum sententiam praecime *van der Haar* **) medicaminibus prorsus abstiendus est internis, una ab externis exspectanda saas. Inter illa cereolis in urethram immissis et in ac donec nullum adsit impedimentum, relinquendis ummam tribuerunt laudem. His enim adhibitis, exretionem mucosam rariorem fieri tandemque plane esinere affirmant. — Glandulae prostatae intumesentias si *Dris Fischer* medici Dresdensis ***) obserationibus fidem habeamus, largo et diurturno Amionii muriatici usu certissime amoventur. — Adersus digestionem laesam, statum pituitosum, verainosum, infarctus atque alia organorum abdominaium mala ex debilitate orta, gummata adhibenda unt; Galbanum, Ammoniacum, Asa foetida; Extracta mara; Extract. Marrubii, Centaur. min. Cardui beied. Gentianae rubrae, Millefolii, Absynthii; Fel

---

*) Haase l. c. p. 78.

**) V. Verhandelingen the Haarlem Bd. XI. und aus liesen in der Samml. für pract. Aerzte.

***) Rust's Magazin Bd. XI. p. 274.

tauri, cortices aurantiorum etc. praeterea magno c que cum emolumento thermae Carolinae, et a ejusmodi.

Quanquam in universum drasticis hic abstin dum est remediis, tamen sunt quoque, ubi eme et purgantia habere possint locum. Uberius v de his aliisque remediis verba facere harum pa larum prohibet angustia.

§. 15.

Remediis, quibus in complicato nostro ve aliis malis orto, auxilium nobis praestatur, recen ad catarrhi nunc naturam transeo propriam, q cum varia esse possit, variam quoque sibi req medendi methodum. Si catarrhus cystitidem sec ejusdem morbi induit statum inflammatorium au inter catarrhum vesicae inflammatio accedit vel, catarrho laborat, robusta gaudet constitutione, st tantum illo inflammatorio, febrili, cum omnibus s symptomatibus remoto, ad propriam medendi met dum, quam sibi morbus vindicat, confugiendum c Et quae cystitidi curandae adhibemus medicami methodus amplectitur antiphlogistica; sanguinis sc cet emissio vel universalis vel quae melius hic c venit topica, Calomelas, Hyoscyamus in emulsio forma; fomentationes, cataplasmata emollientia; sessus tepidi aliaque. Si vero durante Catarrho sp sticae intercurrunt affectiones antispasmodica in us sunt vocanda remedia. —

Torporis aut paralysis indoles, blennorrhoe cuique proprie conveniens, si catarrho inest, medic mina requiruntur incitantia, quae tonicorum us

equi debet. Remedia vero hac ex classe depromta, ircumspecte eligenda propriaeque aegroti constitutioni aptanda sunt. Ad ea, quae in morbis systemas uropoëtici praesertim utilia sese praebuerunt et celebritatem quandam nacta sunt remedia, pertinent: Hb. Hederae terrestr. (in succ. recenter expressi, inusi vel pulveris forma) Hb. Millefolii, Veronicae, Solidaginis, Virgae aureae etc. Murray *) insignem laudat foliorum Uvae Ursi, in pulveris (dosi ʒß—ʒj) vel in Decocti (℥j ad Colat. ℥vjii) forma perhibitorum usum. *De Haen* **) pluria nobiscum catarrhi exempla larga pituitae excretione conjuncta, communicat quae foliorum Uvae Ursi usui cesserunt; Bingham ***) vero nunquam de peculiari hujus remedii in organa uropoëtica effectu certiorem se factum fatetur. Longa hic nominanda est remediorum adstringentium series, qua pertinet Radix Tormentillae, Ratanhiae, Lign. Campechiense, quod in Extrct. ad ℈ß, in Decocti vero forma ʒjj — ʒjjj dosi quotidie (porrigi solet. Serum Aluminis; Tinct. Chinae, Tinct. Catechu, quorum remediorum ope Grashuys †) catarrho cum stranguria totiusque corporis macie conjuncto medebatur hac formula usus:

---

*) Commentar. d. Arbuto Uvae Ursi. Göttingae 1774.

**) Ratio medendi. Vindobon. 1760. Pars IV. p. 234. V. p. 142; P. IX. p. 257. P. X. p. 274.

***) V. l. c. p. 34.

†) V. Rust l. c. p. 243.

℞. Tinct. Chinae comp. ℥ij.
— Catechu ℥j.

M. D. S. Bis per diem gutt. XX; in decursu ve morbi ad cochleare minus sumendum.

Remedia quoque martialia et praecipue aq minerales martiatae e. g. aquae Egerianae, Pyrm tianae, Spaanae, Cudovaenses, Flinsbergianae solum Martem sed etiam Natron continentes no in morbo digna sunt laude. *Wendt* remediis m tialibus hac egregio cum effectu usus est forma:

℞. Tinct. ferr. pomat.
— aromat. aa ℥j.

M. D. S. Quotidie quater gutt. XL ad LX sumend

Magnam quoque laudem recentioribus temp bus adeptus est Myrrhae, solius vel in Extr. for cum Deocto Chinae compositae, usus. Ex remed rum excitantium numero nonnulla inveniuntur, q in systema uropoëticum egregium exercent effect radix Squillae, Senegae, bacci Juniperi, Terebinthi balsamum Copaivae et tinct. Cantharidum exig dosi porrigenda. — Temporibus nostris Ammoni muriaticum *Dris Fischer* observationibus reitera utilissimum sese praebuit adversus membranar vesicam constituentium prostataeque intumescenti praesertim cum medico illud porrigenti haud ita xio aegrotos constitutio respicienda sit, et ob v tutes ejus specificos fere in membranas mucosas ob transpirationem ejus usu auctam, commend meretur. *Dr. Fischer* hac compositione utitur:

℞. Salis ammoniaci
Succ. Liquirit. $\widehat{aa}$ ℈j.
Extr. Taraxic. q. s.
ut f. l. a. bolus. Dentur tal. dos. q. l.
S. Quaternis vel binis quibusque horis
Dosis talis sumenda.

§. 16.

Praeter haec, quae nominavimus remedia interna remediis etiam quibusdam externis adhibitis auxlium exspectare et curam internam adjuvare licet. alia sunt: Cutis frictiones remediis volatilibus et citantibus institutae; fumigationes topicae balsamie sum Succino, Mastice et baccis Juniperi. Magna, exstat atonia, injectiones frigidae ex Decoctis Corcum adstringentium cum aqua calcaria et myrrha uratas cautissimeque in vesicam factas a scriptoris laudatas inveni. Quem ad finem *Francogalli* quore utuntur, quem *Eau de Barège* nominant. ulneorum quoque stillicidia, affusiones in os sacrum rectae; fomentationes frigidae in pubis regionem npositae fausto destitutae non sunt effectu. *Boyer* agno vesicatorio internae femoris superficiei impoto salutem aegro testante *Cabani* *) nasci vidit et *auche* **) optimum sc ex injectionibus in vesicam ctis effectum animadvertisse affirmat.

Maximi certe momenti in curanda vesicae uri-

*) cf. l. supra dict.

**) V. l. c.

nariae blenorrhoea *Diaetam* esse fateamur oport
Haec enim effectum, quo remedia therapeutica ga
dent securiorem certioremque reddere valet, prae
sertim cum vitia diaetetica in vesicae urinariae co
tenta celerrime, uti cognitum est, agunt; aegrot
igitur has sequatur ad diaetam pertinentes regul
Inter alimenta ea eligenda erunt quae nutrientia
roborantia corpus tamen non nimis incitant. Nul
vescatur cibis difficile digerendis inflantibus et ca
facientibus. Omni abstineat potu diuretico et tepi
Aegrotus lithiasi simul laborans vegetabilia effug
acria, Apium nempe dulce, Nasturtium, Allium sa
vum, Rhaphanum et Asparagum, quae, quamvis i
aliis blenorrhoeae speciebus utilia, congestiones o
gana versus faciunt uropoëtica. Praeter infusa ill
ex Millefolio etc. parata cerevisium sumat aeger te
nue idemque amarum; et aestatis tempore aqua
hauriat acido carbonico impregnatas, aquam Seltera
nam, Fachingensem et Wildungensem, quas vino lev
mixtas bibere convenit. Inter fructus cerasorum
dulcium largus est commendandus usus, quippe quae
secundum *Woehleri* *) observationes Alkali in urina
copiam majorem reddunt.

Temperatura, in qua ager vivat media atque mo
dica sit; omnis praecipue pedis et abdominis vitanda
est refrigeratio. Vestibus utatur aegrotus calefacien-
tibus, fasciis e lana confectis. — Omnes porro

*) Im Journal für Physiologie v. Tiedemann u. Tre-
viranus Bd. X.

rporis motus nimis excitantes, equitatio praeser-
n vitanda est. Vitam aegrotus ne agat sedenta-
am nimiisque abstineat quibuscunque mentis labo-
ous. In exercendo coïtu modicus sit oportet, uri-
m non per longum tempus retineat alvum porro
otidie ut deponat curet aeger. —

CURRICULUM VITAE.

Ego Mauritius Muenchheimer, veteri fidei addictus die XV. M. Septembris anno hujus saeculi septimo Nissae, oppido Silesiae, patre Saulo, quem mihi pro dolor! primis aetatis meae hebdomadibus mor ereptum valde lugeo, et matre natus sum Johann e gente Herschell, qua superstite magnopere gaudeo.

Septimum agentem annum, patre privatum vir optimus et humanissimus N. Kremser me accepit, cui propter amorem, quo erga me usus est, paternum et liberalitatem, maximas sempiternasque debeo gratias. Idem ille vir litteris me juvenili aetati congruis in schola sub Directore Dr. Hahn Vratislaviae florente imbuendum curavit. Sex vero annis praeterlapsis, paternae urbis Gymnasium adii et per septem annos frequentavi.

Anno MDCCCXXVII ad almam me contuli Viadrinam et ab Ill. Trevirano t. t. Rectore Magnifico civium academicorum numero adscriptus nomen apud Ill. Parkinje t. t. medicorum ordinis Decanum, maxime Spectabilem sum professus. Hac in alma litterarum sede his interfui scholis: Ill. Branifs, de Logica et Aesthetica; Ill. Passow de Ciceronis oratione ad Marcellum, Ill. Frankenheim de Physice; Ill. Otto de zoologia, anatomia corporis humania theoretica et practica, comparativa et pathologica, de foetu et de sectionibus forensibus rite instituendis; Ill. Treviramus de Botanica plantarumque Physiologia; Ill. Steffens de Hodegetice; Ill. Fischer de Chemia experimentali et pharmaceutica; Ill. Purkinje de Physiologia; Ill. Glocker de mineralogia; Ill. Henschel de Encyclopaedia medica et de Phyto-

mia. Ill. Klose de Pathologia generali, de morbis ıronicis, de morbis psychicis; Ill. Goeppert de Of- :inarum plantis, de Chemico formulari; Cel. Hemp- ch de methodo formulas medicas concinnandi, de :neratione; Cel. Seidel de materia medica; Ill. Vendt de materia medica de Therapia et de ther- is. Ill. Benedict de Fasciis atque instrumentis, de hirurgia et Akiurgia, de Ophthalmiatrologia; Ill. emer, patri, de Therpia cum universali, tum speciali; l. Betschter de Arte obstetricia, de Operationibus ob- :triciis in phantomate exercendis; Cel. Remer, filio, : Syphilide et de auditus morbis.

Clinicis usus sum ducibus atque auctoribus il- strissimis Remer, et patre et filio, Benedict., :tschler.

Anno vero MDCCCXXX Berolinum petii, ubi Ill. Hegel nunc beato, t. t. fasces tenente aca- :micas et ab Ill. Wagner t. t. Decano facultatis edicae maxime spectabili inter med. studiosos ite- m receptus sum. Hoc ex tempore praeceptoribus ustrissimis usus sum Barez, Busch, Rust, Wolff.

Quibus omnibus Viris Illustrissimis et Expe- :ntissimis praeceptoribus meis summa pietate ad ıeres usque venerandos maximas, quas possum, ha- o gratias.

Nunc, examinibus praegressis, in eo sum, ut, dis- rtatione thesibusque more solito defensis, si gra- ›so medicorum ordini placuerit, utriusque medici- e doctoris gradum recuperem.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Nervorum atmosphaeram sensibilem nego.

II.

Inter congestionem, inflammationem et febrem nonnisi gradus discrimen.

III.

In mittendo sanguine medicus non tam annos numerare, quam vires aegrotantis aestimare debet.

IV.

Synchondrotomiam ex operationibus obstetriciis delendam esse, opinor.